

Publication/Creation

July 1941

Persistent URL

<https://wellcomecollection.org/works/vde8huaf>

License and attribution

Wellcome Library; GB.

This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.

You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.

vt sit tuta a nocivis: et ppter hoc superior magis est profundior inferior: quod longius habet procedere. Itē non erat eā ne tumor septitudo fiat i digiti: nō autē procedit in aliquo laterū: quod ossi proprio dō cōiungit i medio directe: nō a latere.

Contra esse ossum et quibus in locis diriguntur et.
Ventim autē deueniemus ad ossa quae sunt fundamenta toti et supportatia omnia: et sunt ossa inferiora: an tamen quae ad ossa peruenientia erectoria cutē subtilissime ut iuvenias venas duas descendentes: que ramificate sunt a trunci vase chilis descendentes: que quae erit in fine spodiliū renū mūdificat in duos ramos: quorum unus transibit ad tibiam dextram: et alter ad sinistram quod potest videre ad sensum: et eadem modo ramificatur arteria descendens: postea quibus illo tempore rami- ficatione in duos magnos ramos: quos unum directe descendit per domesticā partem tibiae usque ad digitos pedis: et hec vocat saphena: quod ppter directionē suā flebotomata evacuat a membris naturalibus et genitalibus: ut a matrice renibus testiculis: et humeris et appet supra genu et infra supra caucula: et infra in calcaneo: et appet in pectine pedis: alias ramus obliquus et ingerit iuxta iuncturā scie: et iō vocat sciatica: et ppter obliquationē quā habet circa has iuncturas flebotomata magis evacuat i passim bus iuncturā: et appet in oībus predictis locis. In parte tibi filiastri: postea elenia musculos et chordas: et vide ossa. Et primū est os femoris supra quod fabricati sunt spodiles dorsi: et per se totū corpus. In parte inferiori habet pisiē quādā: in cuius cōcavitate locata est extremitas rotunda cāne core quod vertebrū vocat: et in medio ab ore in parte inferiori est quodā ligamentū quod alio nomine potest vocari vertebrū: et qui hoc vel primū resilit foras: tunc necesse est hoc claudicare: quod crus hoc elongat et firmari non potest nec totū potest bene supportari: necesse est ut crus tabescat: quod vene que pertransiit inferius per obliquationē: et obliquationē quodāmō oppilatur: licet non perfecte et iunctura hec istoū ossum vocat scia: unde dolor eius vocat sciaticus: postea videbis os quod nota ē tāna core quod ē maius oībus ossibus: que sint in corpe: quod dō est sustentamentū totius corporis: quod cōcavitate habuit magnā: ut esset lene: et ut multū medullazz retineret: et quod melius sustentare potest quod non stat perpendiculariter: sed quod in extrema plicatum est versus domesticā: et in medio plicatum est et concurrit: hinc est quod non est rectius oīno: sed in modū dictū post ipsius in iunctura genu sunt duo focilia tibie versus tamen ptem anteriorē in iunctura illa est os quod vocat patella factū ad modū patelle ut iunctura sit fortior facta ex ligamentis ac si per nodū fuisset ligata: et facile maius est in domesticā et grossius: quod illud habet

magis onus corporis sustentare: minus autē et subtilius est in parte filiastri non pueniens ad iuncturā: quod factū est tamen ut sit apposidamētū maioris. Post ista duo focilia est os cui ista cōtinuitur pīcturā: et cayb sine cauicule noiate ab osculo illo quod cayb nota: et est os calcanei fabricatum deplūs et grossū quadrāgulatum: ut possit bene figi et figere totū: et ppter fictionē bonā et ut quādo figit cutum ad terram non atterat: natura cutum grossā callosā multa sub ipso posuit. Postea est naūculare quod est factū ad modū naūculare quadrāgulare oblōgum. Postea est rasceta pedis quod cōpositū est ex tribus ossibus: non ex octo sicut rasceta manus: quod pes non dicitur pluribus motibus moueri ad aliquod retinēdū: ut manus: sed ppter fictionē habuit tamen tria. Postea est pecten quod cōpositū est ex quinqū: quod pollex positus est in eadē parte cum alijs: post hec sunt ossa digitorum quatuordecim: quod libet eorum digitorum habere tria ossa: et pollex habet duo: et tunc erunt ossa pedis. xxviii. Quot autē et quae sunt musculi et chordae magis potest videri in hoc ericato quod recēter suspenso: sicut abs declarauit ad sensū: quod legi liby de iuamētis membro: tamen scias quod chordae extēdentes digitos pedis oriantur a musculis quae sunt in tibia in parte filiastri sed contrahētes digitos oriantur a musculis: qui sunt in plāta pedis: nam pars inferior pedis sicut carnosa multū pptererea ut pes magis figeretur et cutis ab ossibus ad terrā non alteretur: et iō in plāta pedis rōnabiliter musculi contrahentes digitos fuerūt locati: sed extēdentes digitos non potuerunt locari in parte superiori: quod per se superior dō est excavata ne aggrauet pedem.

Finis.

Hec Anathomia fuit emendata ab eximio artium: et medicine doctore. d. magistro Petro Andrea Morisoni de Imola in almo studio Bononie cyrurgiam legente coadiuantibus magistro Joanne et Jacobo cararia de bureto. Et magistro antonio Frascaria Januensi cyrurgie studētibus. Impressus Venetijs per Ioannez et Gregorij de Gregorijs fratres. Anno dñi. Mcccc. xv. dic. xv. octobris.